IOHANNIS FRANCISci Pici Mirandulæ Opuſculum de ſententia excõmunicationis iniuſta, pro Hieronymi Sauonarolæ viri prophetæ innocẽtia.

Vuittembergæ.

IOHANNIS FRANCISCI PICI MIrandulæ in libros de iniusta excõmunicatione pro Hieronimi Sauonarolæ Innocẽtia ad Illustrem Virum Herculẽ Aesten sem Procmium.

OPVSCVLVM de iniusta excõmunicationis sentẽtia in Hieronimi prophetæ nostri defẽsionem, vt tibi Hercules Aestensis datam fidem ueluti ex diario reluam iam aggredior. Efflagitasti .n. dum hac de re simul uerba faceremus, vt quæ corã ꝓ tutanda illius innocentia aduersus calumniatores attuleram, litteris aliquanto latius exararem promisi (quod nunc exoluo) me facturum, & quidẽ tam libenter, ꝙ videbam me unica opera & tibi: nec non ꝓphetæ nostro ac ueritati ipsi debitam rẽ facturum. Illi, ne commenticium & subdole fictum crimen tot preclarissima eius gesta ad tempus aliquod obnubilaret lucidissimæ quoq; ueritati tenebras fortasse allaturũ. Tibi, ne falsa hac impostura atque præstigio forsitan moueris. sed & alia causa se his ĩmiscebat, quãdo ansula hæc dumtaxat, solaque garriendi occasio relicta videbatur maleuolis, bene sibi actum putantibus, si fautoribus diuini viri obtrectare possent, defẽdi ab eis hominem qui esset ab ecclesiæ corpore ceu marcidum & noxiũ membrum anathematis acie re

secatũ. Nanque rationes eæ,quę prophetias iam pub licatas doctrināq; fulcirent ab ipsomet allatæ,magna ex parte maledicorum rabiem cōpescuerant.In ean dem quoq; sententiam tum Dominicus Beniuenius, tum alii plerique scripserant ,modo verũ astruentes, modo falso resistentes:quod etiam a nobis & sparsim per lucubratiunculas nostras , & dicatis etiam apolo geticis factitatum est. Quare post huius calumniæ dilutionem nihil putabam residui: quod blatterarẽt, & si dementibus delirandi materia nunquam desit. Duos igitur libros institui: Primo generalia quedã explicabuntur , quorum ope tam multipharie quam facile muniti: Secundo dehinc sumus declaraturi, cũ neque culpæ neque crimini confinem. Et sane potu issem hoc officii exequens, ingens volumen efficere. cum adeo multa ab iis qui de huiuscemodi negotiis tractauere presertim pōtificij iuris interpretibus effu sa sint,tantaque diuersitate & contentione, vt ne legi quidem ab ociosissimis possint,nedum narrari ab oc cupatissimis.Delibaui quæ mihi maturiora sunt visa eorum more in commentando posthabito: & a cre bris illis allegationibus quæ tedium & moram lectori plerumque afferunt,consulto abstinui: ratus commo dius & optabilius tibi satisfactum iri, si quæ ipsi sub obscure & peculiaribus quibusdã notis,idem sæpius repetẽtes innuunt, & facile & latine aut saltem minus barbare quoad fieri hac in re a me potuerit,recensere

Eam autẽ præfari ueniã nõ tibi, qui nos apprime noui sti, sed apud ignotos, si nostra hæc forte lecturi sunt, cõuenit: nihil me unꝗ̃ uoluisse assertum, nec impo sterum velle, quod ecclesiæ catholicæ dogmatis disso naret, cũ cuius uis recte definiẽtis decreto sẽp acquie- turum me, vt christianum hominẽ decet, libere pro- fitear, ne dum sanctionibus ecclesiæ & eius legitimo- rum præsidum assentiri. Rationibus igitur rem age- mus, nitentes diuinis eloquiis ac Pontificiis impera toriisqꝫ legibus, nec non eorum interpretes atque in primis Theologos in testimonium citantes.

LIBER PRIMVS

CAPVT primũ. Nullũ esse in terris iudi cium quod errare quandoqꝫ nõ possit.

ILLVD autem cõmonuisse in primis expediet solum deum, qui a seipso est omninoqꝫ indepẽdens, ab omni erro re & falsitate prorsus immunẽ: ab eo- que vtpote primaria veritate & supre ma regula quarumlibet functionum, vniuersam sub stantiam interdum flectere & labi, nisi eius ope ful- ta & directa fuerit. Hominis nãque naturã ab adolescẽ tia pronam ad malũ cũ sacræ litteræ docent, tũ frequẽs testat̃ experiẽtia. Sed & inter separatas mẽtes, quas vo camus angelos, error olim peccatumqꝫ irrepsit & ad

infernas mundi partes eorum non paruam manum precipitem iecit. Et quamq̄ præter Virginem Christi matrem, quæ nullum unq̄ peccatum fecit, mortalium nōnulli a peccatis eis quę æterno igne puniunẽ, diuino beneficio exempti fuerint: nō adeo tamen cōfirmati erant, quin quoquo modo posse a vero excidere censerentur. Sed perpaucorum etiā nū hoc priuilegium, illi namq̄ innumeri qui lata uia gradientes triplici offendiculo cespitant, tam & si beneficentissimi Dei assidua gratię influentia resipiscere cōmoneantur. Verum cū ecclesiam vti sponsam sibi Christus copulauerit ob continuas demonū insidias & apta bella, quibus dum militat in terris assidue quatiẽ, decuit vt ei iudicium relinqueret: quo aut decipere aut decipi nō posset in eis maxime decernēdis, quę & fidei substātiā concernerent, & ad mores pertinerēt christianis ad beatitudinem adipiscendā necessarios: eam namq̄ sibi in fide & iusticia æternū desponsandā Oseæ ꝓphetæ vaticinio sanxit. Merito igitur statuerūt Theologi & legū Iurisq̄ periti ipsā vniuersalē ecclesiā cū de huiuscemodi causis agitur, nō nisi ęquā sentētiā ferre posse, Christo opē ferente: qui et ꝓ eius fide orauit: & cū ea ad cōsumationē vsq̄ sæculi se ꝑmāsurū spopondit: q irritū foret, nisi id iudiciū condonasset: quo repudiata falsitate, veritas eligereẽ. At animaduersiōe dignū, loquutos nos dūtaxat de fidei substātia & moribus ad salutē cōsequēdā necessariis

Atqui id non abs re aut de nihilo dictum, si quidem eam in reliquis errare, aliquando sententia doctorum est, atque ipsiusmet ecclesiæ consensus, vt ex epistola Innocenti tertii eius nominis pontificis manifeste indicat: quæ postea a Gregorio nono inter decretales relata est. libro videlicet quinto, vbi de sententia excō municationis agitur, ita namque scriptum legimus: Iudicium Dei veritati quæ non fallit, neque fallitur, semper innititur: Iudicium autē ecclesiæ nonunquam opinionem sequitur: quam & fallere sæpe contingit & falli quod liquido constare videmus, dum ui excō municationis interdum quempiam cū aliqua femina tori inire cōsortia iubet qui nihilominus vero apud deū matrimonio alteri erit astrictus, utpote cū secun da nuptiali lege palā coniunctus, cū prima clam omni busque semotis arbitris, perpetuaq; ecclesiæ sancti onibus compelletur herere secundæ: de cuius cōmer tio idoneis testibus apparebit. Mitto quæ multi doctorū super huiuscemodi iudiciis elucubrauerunt, ne superflue nimis & ambitiose factum a nobis iudices in re admodum nota verba prodigere. Porro ex his consequens fiet reliqua, & conciliorum & Pontificis iudicia errori ignorantiæque subiecta: quando nec vniuersalis ecclesia a decipulis eiusmodi exempta est. Hinc plerique cum Theologorum, tum Iuris interpretum asseuerantissime uoluerunt Pontificē conciliumque in dirimendis controuersiis hallucinari

posse, pro vero falsum pronuntiantes, preterquẽ rationes asserũt exẽpla: quãdoqdẽ & ariminẽse & ephesinũ secũdũ & aquisgranẽse, aliaque nonulla aberrauerunt. Et summorũ pontificum alius arrianæ prauitati subscripsit, alius Idolis sacra fecit. alius aliter deuia sectatus est. Quanquã sunt qui uelint tam Pontifices summos quam concilia legittime congregata vero semper niti, in iis diiudicãdis: in quibus uniuersalem ecclesiam falli posse negauimus. Sed hæc a suscepta disputatione sequestrabimus: tum quia propositæ quæstionis limites prætergrederemur: tum ꝙ & ab aliis multiphariam & a nobis etiam nonnihil in theorematis nostris de necessitate & ordine credendi sunt pertractata. Hoc nobis sit satis, in dubium apud litteratos haberi, nullum esse in terris iudiciũ quod errare, labi, decipi non possit: vt magna ex parte allusisse ueritati Thebanum Cebetem cogitemus, fingentem a muliere illa cui nomen Apaten, id est, fraudem esse voluit mortales omnes seductos atꝗ errore & ignorantia potatos.

CAPVT. II. Multis modis contingere ut excõmunicationis sentẽtia ab ecclesiæ prælatis inflicta, irrita & inefficax reddetur.

EX His facile colligi datur, eos qui ecclesiæ præsunt, in absoluendis puniendisꝗ subditis multipharıã posse delinquere. Fit enim plerumꝗ (quod a Gregorio. xvi. homilia prolatum est, & a Gratiano

in decretis repetitum)vt iudicis locũ teneat, cuius ad locum vita minime concordet:ac sæpe agitur ut vel damnet ĩmeritos, vel ipse alios ligatus soluat & sæpe in ligandis subditis, atq; soluẽdis suæ voluntatis motus, nõ aũt causarum merita sequatur. Atqui ob id ligandi soluendiq; potestate se priuet, mortificãdo animas quæ nõ moriunt, & uiuificando quæ nõ uiuunt: quod a Michea legimus exprobratum perpetua põtificio iure decretum ĩuenimus, multis modis cõtingere penas, quæ a prælatis infliguntur, inanes esse, ipsamq; excõmunicationis sententiã, qua nulla in ecclesia maior, irritam & inefficacẽ reddi. Nanq; in Decretorum volumine causa. xxiiij. & qõne. I. Alexandrum eius nominis secũdum pontificem Valeriano episcopo & martyri scripsisse legimus, ab eo qui aut hereticus aut excõmunicatus fuerit, excõmunicationis sentẽtiam nequicq; in alium irrogari. Et libro primo epistolarum decretalium, titulo de cõsuetudine, extat Innocentii Pontificis eius nominis quarti, sanctio: qua edicitur sententiam, que a iudice nõ suo lata fuerit, Nullam obtinere firmitatem. Decreuit quoq; Gregorius eius nominis nonus, archiepiscopo bracharensi scribens, irritas esse & inanes eas excõmunicationis sñias, quæ a iudice violatore interdicti ,prueperant: vt est videre libro eius operis quinto, titulo de prelatorũ excessibus. Vbi etiã nũ Clemẽs tertius decernit eas nõ tenere sententias; quæ ,pmulgatæ fu.

erint ĩ ſubditos ob denegatam prælatis ꝓcurationis exactionem, cum eccleſias viſitant, ſi numerum pſonarum in lateranenſi concilio cõſtitutum exceſſerint. Eodem libro, titulo de priuilegiis Innocentius terti us epiſcopum lingonenſem monet, excõmunicatiõis ſñiam in aliquẽ contra ſui priuilegii tenorẽ nequaꝗ̃ promulgandam. Ibidem Honorius tertius ſeuerita te debita eos & Epõs & archiepiſcopos caſtigandos ꝓnunciat: qui eiuſmodi ſententias in fraudem priui legiorum ferunt. Cæterum Gregorius nonus, quẽ dudum citauimus, diffinit, uacuam & inanem excõ municationẽ quã effulminauerit is, quẽ conſtet in ex equendo officio, limites eius qđ in mandatis a ſuperi ore habuerat prætergreſſum: quemadmodum apparet libro tertio decretalium, titulo depræbẽdis & dig nitatibus Capite vltimo. Libro item ſexto eiuſdem operis Bonifatius octauus eius nominis pontifex, edi xit pęnas eas in uanum iactari, quæ ferebantur a præ latis in ſubditos inſinuantes inquiſitoribus: vel apoſt olicæ ſedis legatis ſtatum, eccleſiarum monaſteriorũ ue, quę corrigi ꝑ eos & reformari oporteret. Ex epiſt ola quoꝗ̃ Innocentii tertii ad archiepiſcopum ſenno nenſem quæ quinto libro decretalium ſita eſt titulo de ſententia excõmunicationis, colligit ſentẽtiam eã quæ vel poſt legitimam appellationem infligitur, vel intollerabilem errorem cõtinet viribus caſſam eſſe: cui Innocentius quartus in cõſilio lugdunenſi aſtipu

B

latus est: quod licet videre libro sexto: vbi p sētentiā excōmunicationis pariter agitur, capitibus secundo & septimo. Eodem in concilio statutum fuit, excommunicationis sententiam in collegiū non irrogandā: atq; illam nihil habere virium: quam iudex tulerit in participantes cū excōmunicatis loquutione & aliis, quibus minor excōmunicatio incurritur: nisi eos prius canonice monuerit: vt liquido apparet tertio & quinto Capite tituli eiusdē. Sed & Nicolaus Abbas Panormitanus qui plurimum in usum inter pontificii Iuris interpretes libro decretalium primo, titulo de rescriptis Cap. xli. et libro tertio, titulo de cēsibus c. vi. et etiam alibi, docet excōmunicationem nullā esse, cum ob causam notorie iniustam fuerit irrogata Possem & alia cōnumerare. quibus huiusmodi censurae fiūt inefficaces: ea tamē cōsulto prętereo, cū nemo rosior euadā, tū quia celebres Iuris pōtificii ĩterpretes eas recēsent, & ĩ prōptu sunt eorū libros lectitātibus

CAPVT. V. Aliquos esse ex supra memoratis casibus, quibus summorū etiā Pōtificum sententiae irritę fiunt: inter quos est error intollerabilis: & qui sit, & quō debeat intelligi, declaratur.

CVM igitȩ omnis excōmunicatio q in eiusmodi casibus inflicta fuerit lāgueat, prorsus & vires amittat (iudicādū enĩ de futuris ōnibus p ea quę iā

diffinita sunt, vt est Gregorii eius nominis noni Pontificis edictum ab vniuersali ecclesia receptũ in ipsa decretaliũ epistolarũ publicatione) bene actũ nobis fuerit, si aliquem inuenerimus, quo Hieronymum Sauonarolam a falsa suspitione & calũnia vindicemus. Et quanq; hi, quos memorauimus, modi summorum Pontificum sententias non omnes retundãt: aliqui tamen sunt, quibus ipsę omnino infringuntur. Ac vt alios omittamus, ille q error intollerabilis nuncupatur nobis desumẽdus erit sed primo quid sibi velit quocq; modo intelligendus pro virili explicabimus. Innocẽtius tertius, vt constat libro sexto decretalium, titulo de sententia excõmunicationis Capite septimo, errorem intollerabilem definit in sententia patenter expressũ: cum aliquid sub ui pręcepti vel manda i aperte in ea cõtinetur quod cõmuniter vel in genere suo peccatũ est. Consentiunt in hoc interpretes tam hunc locum pertractantes quam eiusdem pontificis ad archiepiscopum sennonemsem epistolam: quam paulo ante memorauimus. Additur ab aliquibus quotiens quid contra ius scriptum pronuntiatur, pari erroris nomine debere censeri. Item dum aliquod aut turpe aut impossibile præcipitur. Nanque eorum quæ fieri nequeunt, nullam esse obligationem tam canonicæ leges in sexto libro decretalium, titulo de regul. Iuris, quam ciuiles eodem titulo in Digestorũ volumine astruũt. Cuius operis libro xli

titulo quæ sentētiæ sine appellatione rescindātur lege ultima, ex Pauli Iurisconsulti auctoritate pariter decretū est, impossibile præceptū iudicis nullius esse momenti: qui etam nū rescripsit, ab ea sententia cui parere per rerum naturam nō poterat sine causa appellari. Sed tam remotas auctoritates consectari non est necesse, cum nobis dei maximi & optimi clementia consertum indictumq; sit, nec in peccata declinādū, nec quemq; illi efficiēdo adstringi posse, quod supra suas est uires collocatum, nec turpe ullo pacto operandum: a quo tam abhorret natura, vt Aristoteles eius interpres. in ethicis censuerit optabilius esse hac vita excedere, quam turpe quicquam operari: vt omittā quid sacræ litteræ præceperint.

CAPVT. IIII. Quid deinceps agēdū. Item qd ꝓprie sit excōmunicatio: & de causis ob quas infligenda est.

Enimuero prius q; ipsam defensionem aggrediamur (qđ secundo libro agendum nobis est) fecisse operepretium videbimur, si de causis, ob quas ferenda est excōmunicationis sententia, paucula delibemus. Et cū multiphariam exorbitare prælatos monuerimus: ne inde occasio prauis hominibus contēnendi eorum præcepta daretur de obedientia quoq; nōnulla proloqui oportunū fuerit. Deinde cū satis constet vulgatum illud dictum, Sententia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit timenda est, ꝑperam vul

go usurpari solere: quo intelligi debeat, declarare pro uiribus enitemur: primum igitur primitus exequamur. Theologorum Iurisq́ interpretū omnium cū ueterum tum nouorum sententia est, neminē temere leuibusq́ de causis anathematis mucrone feriendum. Siquidem nullam atrociorem penā ipsa excōmunicatione maiori, de qua nobis in toto opere sermo & quæ ꝓprie hac nomenclatura censetur in ecclesia reperiri contingit: Est nim seperatio ab ecclesiæ cōmunione quo ad fructū & generalia suffragia seu a qualibet licita excōmunione fidelium segregatio. Quare in Agathensi concilio statutum legimus, episcopos nō debere eos qui minimis causis culpabiles essent, excōmunicare Sanctum profecto decretum & sacris litteris mirifice consonās, quando in eis reperiri nō datur quenq́ nisi ꝓ enormi scelere anathemate damnatū, atq́ id etiam perraro. Frequentior postea usus in ecclesia: quem moleste admodum fert & dānat Ioānes Scotus theologus insignis destinctione decima nona & uigesima quinta quarti libri sententiarū, ibi fatuā ad ferendas sētentias ꝓnitatem carpens: hic maximū numerum earum, quæ a iure infliguntur, excōmunicationū detestans. In cōcilio quoq́ aluernēsi determinatum est, a nullo sacerdote quenq́ rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus causis debere ab aliorum cōmunione suspendi, præter eas culpas pro quibus antiqui patres arceri ab ecclesia delinquentes iusserūt

Verum quas ob causas id fieri solitum esset, concilii meldensis canone colligitur: quo promulgatū est ab episcoporum nemine sine certa & manifesta peccati causa quenquam a communione ecclesiastica priuandum: neque sub anathemate absq; conscientia archiepiscopi aut coepiscoporum ullum esse ponendū: nisi canonica doceret auctoritas: Cū anathema æternę sit mortis dānatio: necq; debeāt infligi nisi pro mortali crimine: atq; illis pręsertim, qui aliter corrigi nō potuerunt: propterea crediderim a pleriisque doctoribus in quartum theologicarum sententiarum librū, distinctione. xviii. & Thoma in primis aquinate diuini ingenii viro binas has causas excommunicandi hominis assignatas: peccatum dignū æterna morte & contumacia. Cum enim qui ecclesiæ præest, per excommunicationis gladium subditos quodam modo a cęlesti regno pręscindat, in eos dumtaxat id perpetrandum, qui indigni sunt superna patria: qua omnes qui charitatis erunt compotes, dominabuntur: priuabunturq; qui peccato mortali infecti fuerint. Quare quos labefactatos eo crimine constiterit, ii eiusmodi pęna potuerunt mulctari: At quia nihil atrocius ab ecclesia erumpere potest, pęnasq; comparatione medicinarum propinari ęgrotis debere Aristoteles. ii ethicorum libro edisserit. Quas si prudens fuerit medicus, nec violentas, nec graues, nisi cum necessitas postulat, exhibiturus est. Iccirco in eum etiam.

qui crimine morte digno obuolutus erit, nisi idem fuerit contumax, minime adigenda. Assentit Scotus .xxv. distinctione mox citata: inquiens neq; a iure neq; a iudice debere infligi pro quocunq; peccato mortali, sed graui, cui adnexa sit cõtumatia. Nam quãdiu paratus quispiam est audire ecclesiam, publicanus & æthnicus non est habendus. quãdoquidẽ ex Christi dogmate pęna eiusmodi seruanda est extreme contumacibus. Qui aũt contumaciæ nota censeantur, tam in decretis pluribus ex locis, quã in decretalibus licet deprehendere. Extat inter alia cõcilii triburiensis sanctio, quæ tria cõtumatiæ genera ob quæ dubio procul infligi excõmunicatio poterat, recenset: cum videlicet quis ad synodũ canonice vocatus vel venire contẽnit, vel si postq; illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire præceptis: vel si ante finitam causæ suæ examinationem a synodo abire pręsumit. Triphariã, autem quispiam existimatur contumax ad synodum iudicium ve nõ accedens, vt est videre secundo libro decretalium: vbi scribitur, testes lite nõ cõtestata merito admittendos: si is in quem fuit actio dirigendã aut peremptoria citacione recepta venire contemnit, aut se ipsum malitiose occultauit: aut impediuit, ne posset ad eum citatio peruenire. Et libro quinto eiusdem voluminis titulo de verborum significationibus Capite vigesimo tertio, cum cõtumacẽ iudicandũ apparet qui iussus, emendare maleficiũ noluit,

CAPVT. V. De obedie̅tia subditoru̅ erga prelatos

CAeterum ne omnis inobedientia co̅tumacia iudicaretur, quonia̅ quæ p̄cipienti iniuste non paret tantu̅ abest vt pena̅ mereatur & dedecus, vt etia̅ gloria & premio sit ꝓuehendus. De obedientia subditorum erga prælatos consequenti ordine quępiam tractabimus. Cum ii qui aliis præsunt quantum ad hoc attinet vice Dei funganť in terris, oi̅s siquide̅ potestas est a Deo, preceptis eoru̅ audire co̅uenit. Propterea princeps apostolorum secundo capite epistolæ primæ inquit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus ta̅qua̅ ab eo missis. Et magister gentiu̅ Tito præcipiebat vt quos instruendos susceperat admoneret, principibus & potestatibus (qua̅q̄ ethnicis) subditos esse: neq̄ enim (vt Thomas docet) fides Christi iusticiæ ordinem aufert: qua exigitur vt superioribus suis inferiores obediant: alioquin rerum humanarum status corrueret. Verum scire oportet quatenus hæc obedientia extendenda: namq̄ omnibus parere imperiis nec necessariu̅ nec consentaneum rationi: fieri enim posset vt vel delira, vel nocua, vel diuinæ legi aduersa præciperentur: vt rectissime scripsisse Gregorium deprehendamus, admonentem subditos plusq̄ expedit no̅ adstringi superiorum mandatis: ne cum studerent plus quam necesse est, hominibus subiici compellerentur eorum uitia uenerari: ni

forte qui alios regunt,supra humanam naturam col locatos existimemus, variisq; affectionum motibus nõ repelli. At dum ira inflãmãtur, inuidia rodũtur, damno mouentur, efferuntur gaudio, difluunt libidine: & quod est exitialius, circeis (vt sic loquar) poculis deformãtur in bruta: aliosq; etiã & sibi similes euadere, & ratione posthabita ob brutescere ꝑcurãt: Ob id a viris sanctissimis, quibus ecclesiæ instruendæ, cura olim incubuit, edocta est posteritas, cauendũ sibi ab iniquis imperiis, eorumq; quibus subsunt metiendam auctoritatem. Et si illud iuberis, quod facere nõ debeas, contẽnendã esse potestatem: q Augustinus inter alios asseuerauit. Scripsit quoq; Hieronymus Pauli epistola ad Ephesios enarrans, subiiciendum esse domino seruum: si ea quæ aduersa non essent sanctis scripturis præciperentur. Si uero mandarent contraria, magis spiritus domino quam corporis obediendum. Rursus ipsos humanatum legũ gradus aduertẽdos Augustinus censet. a quibus si diuersa manauerint iussa, maiori seruiendum, illudq; semper ante oculos habendum: ne aut minus aut illecebris hominum iussa dei mandatis præponamus: quod christianos illos milites qui sub Iuliano imperatore nequissimo stipendia merebant, obseruasse, tam ipse quam Ambrosius scribũt. Posset mille huiusmodi sentẽtiæ afferi, quas breuitatis gratia dimittã: cũ lumen diuini vultus sup nos signatũ binas has apostoli

ſnĩas vero veriores eſſe demõſtret: & omnẽ animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe, & Deo magis quã hominibus obedire oportere. Illud aũt minime pretereundũ, q̃ ſ' Thomas Aquinas & doctrĩa & iudicio & vitæ pfectione mirabilis, multis in locis lucubrationũ ſuarũ preſertim poſtrema parte ſecũdi voluminis theologicæ ſũmæ docuit: quãq̃ .s. ad obediendũ ſuperiori nõ obligari: niſi in quibus ei ſubdit̃ propterea nec quo ad interiorẽ voluntatis motũ(qd' & Seneca uoluit) nec quo ad naturã corporis homini hoĩem ſubiici. ſed in his dumtaxat, quę ad actũ rerũq̃ humanarũ diſpoſitionẽ pertinent: atq; in hoc etiã ſecũdũ rationẽ ſuperioritatis: ſicut miles duci exercitus: in his q̃ ſpectant ad bellum: ſeruus dñõ, quo ad ſeruilia opera exequenda: filius patri, in his quæ cõcernũt vitę diſciplinã curãq̃ domeſticæ rei. Ab eis quæ in ſeculo degũt. ſpũalibus prælatis obtẽperãdũ in his virtutũ operibus quæ neceſſario a chriſtianis oĩbus patrari debent. Illos vero qui religionũ votis mancipati ſunt, ipſis obnoxios reddi quantũ ad illa quæ poſſunt ad regularẽ conuerſationẽ pertinere. ſecundũ quã ſubiectos ſe ꝯfitẽtur. Triphariã quoq̃ eorũ obediẽtiã partitus eſt ut ſit quę ad ſalutẽ cõſequẽdã ſufficia, qualis ea qua neceſſariis (vt ſupra diximus) operã nauãt: Quę cumulũ pfectioĩs attingat, cuius vi omĩ mãdato, qd' liceat obſequãt̃: Quę ĩdiſcreta, ob quã ſine delectu paſſim q̃cũq̃ iuſſa capeſſãt; ĩ his etiã quę

aut diuinæ legi, aut regulę quã sunt professi, refragantur obedientes. Cæterum memorię est proditũ a plerisq; (qđ hinc forte sũpsit exordiũ) esse quę supra, quę contra, quæ præter, quę secũdũ regulã pręciperẽtur: & ei dũtaxat, cuius postremo facta mẽtio est, necessario obediendum: reliquis astringi neminẽ. Nãq; cõtra eam cum quid iubetur nõ teneri quẽq; præcepto, docet Decretaliũ glosa super. xliij. Capite tituli de symonia: qđ Innocẽtius ibidem & cõfirmat & auget. Arnoldus quoq; in summa sua, vt refert. Io. Beetes in sermonibns de decem preceptis, obediẽtiæ quẽpiam nõ obligari narrauit: nisi dũ iuxta suam cuiusq; viuendi normã aliquid præcipiebatᷣ: ab ea autẽ eximi si contra mandabatur: ac præsertim si vita laxior indiceretur. Egidius itẽ Romanus in secundũ sentẽtiarum librum distinctione. xliiij decernit subeundam potius mortem quã pręceptis illicitis obtemperandũ atq; ipsi, Põtifici nõ modo contra Ius diuinũ, sed etiam naturale imperanti, nullo pacto parendum: nec subditos vllo modo prælatis obsequi debere, si aut quicquam eorum, quæ supra diximus, aut regulæ quam sunt professi, aduersans iubeantur. Scribit & Innocentius super. xlij. capite tituli de sententia excommunicationis libro. v. non solum mandato Papæ, quod contineret hæresim, obediendum esse: sed nec præcepto iniusto, quo vehementer præsumeretur ecclæsię status, perturbari, vel etiam

forte alia mala inde ventura. Malum autẽ iuxta dogma Dominici de sancto Geminiano in.vii. caput de snĩa excõmunicationis libro sexto diciť, qđ tale est ex suo genere, & prima fronte malũ apparet: licet aliqua latenti causa possit excusari. Pari pacto nec praecepto iniusto aut inhonesto aut incõmodo acquiescẽdum docet decretorum glosa super tertia qõne vnde cimae causae, & confirmari facile potest per ea quae a Nicolao Abbate Panormitano sup.xlii.capite tituli de snĩa excõmunicationis libro quinto decretalium adferũtur. Per ea item quae legi conueniunt, vt inter alia sit iusta, honesta atq; possibilis. quae cõdicio omni mandato subaudienda est: queadmodũ praeter id quod supra docuimus, colligi datur tam ex epistolis Alexandri & Innocentii eius nominis pontificis tertii, positis secundo Decretaliũ libro titulo de iure iurãdo Capitibus.x.et.xvii. quam ex glosa in secundum Caput de uoto libro tertio. Dubitatum autem cum a theologis, tũ ab interpretibus pontificii iuris esset, ne his qui praesũt parendũ cũ eorũ pręcepta utrũ sint illicita, sub dubio versať, decretũq; est q̃ꝓdiu ãbigiť, utrũ recte sint ĩpata nec ne charitatiue cõsonẽt, an adversẽť, iugũ subeũdum esse: cum obediẽtia quę nõ mediocre bonum est digna sit premio: nec vllum temere leuibusque de causis perperã mandauisse quicq; existimandum. At si forti coniectura moueamur, & in sinistrã partem vergat rõnis libra, ab exequẽdo

officio superſedendũ, donec de iuſſionis vel æqui tate vel iniquitate conſtiterit. Fieri enim facile poteſt, vt vel malitia ꝓpria vel falſis ſuggeſtionibus moti qui præſidẽt, ſubiectis aut quæ fieri licet ꝓhibeant, aut cõmittẽda demãdẽt. Quare minime obeũdũ nõ id officii ſubdito eſt: & quare nõ obtẽperauerit prælato, ſignificãdũ. Propterea Alexãder tercius eius nominis pontifex rauennati archiepiſcopo ſcripſit, ſi quan do ei dirigebat aliqua quæ ipſius animũ exaſperare viderentur, turbari nõ debere, ſed qualitatẽ negotii pro qua ſcribebatur, diligenter conſiderando aut mã datum, reuerenter adimpleret, aut per litteras quare adimplere nõ poſſet, rationabilẽ cauſam prætẽderet: cũ patiẽter ſuſtineret, ſi id minime feciſſet, qđ fuiſſet ſibi praua inſinuatione ſuggeſtũ: vt traditur primo decretaliũ libro, titulo de reſcriptis, capite quinto: qđ pertractãs Abbas Panormitanus, affirmat. Si quicꝙ obeundũ cuipiam mãdatur etiam ſub excõmunicatio nis pęna ſtatim, niſi paruerit incurrenda: & ob præ cepti executionem timetur maximũ ſcandalum: vel de mente Principis ambigitur licere illi ab implẽdo iuſſu continere ſe, atꝙ ſcribere. Illud etiam adiecit, ſi cõtingat vt ei, cui præcipitur ſoli, notũ ſit in mãdato contineret peccatũ, tãetſi Princeps ex iuſticia agere ſe credat a nauanda opera abſtinendum: nitẽs ꝓfunda- mento tertio decimo Capiti de reſtitutione expolia- torum ſecundo Decretalium epiſtolarum libro: vbi

Innocentius tertius archidiacono bituriensi scribit, Mulierem eam quę conscia est se matrimoniū cōtraxisse in gradibus cōsanguinitatis diuina lege ꝓhibitis, potius excōmunicationem sustinere debere quā viro ad iudicis imperiū coniungi. Idem Abbas tertio libro super capite sexto de prebendis & dignitatibus multa monet, multa docet, quibus prælatorum imperia subditos declinare deceat. Extat quoq; Accursij. Florentini glosa in primum codicis Iustiniani librū, titulo si contra ius vel vtilitatem publicam. l. iii. Et in autentico volumine, titulo de mandatis Principum repetita, arguens miseros prælatos qui metu iniquis iussis obtemperantes, veritatem minime sequunť: cū secus agentes & deo & Papæ magis obsequerentur. Hæc veluti in transcursu de obedientia subditorum in prælatos enarrasse suffitiat: nam meo iudicio non est quicquam afferre, cuius ope qui subest præsidis imperium declinare queat: quod aut non recensuerimus, aut sub quopiam eorum capitum, quæ memorauimus, collocari non possit. Illud in calce monendū quod si aliquid mādetur, quo nō obligeť quispiā, neq; etiā excōmunicatione ob id inflicta obligari. Nā si præceptū nō tenet, nō tenet excōmunicatio: vt docet Bladus in sextum Iustiniani codicis librum, titulo de testamentis. l. xxiii.

CAPVT. VI. Notū illud dictū, sñia pastoris siue iusta siue īiusta timēdaē, ꝑperā vulgo usurpari.

HINC oportune explicãdum occurrit, nõ adeo (vt vulgus autumat) ab iniquis sẽtentiis formidandum. Inualuit enim apud multitudinẽ cõsuetudo, vt maiori cũ celebritate ꝓferatur, Metuendã esse sñiam Pastoris seu iusta seu iniusta fuerit, quã ex duobus charitatis mãdatis pẽdere legẽ & prophetas: atq; vtinã qđ pastor, qđ sñia, qđ iniustũ ab illis dignoscerẽt: nã vti sensu aliquo vero qđ effantur, ita & aliquo falsum explosa ignorantia iudicarent. Primo etenĩ satis constat omnẽ excõmunicationis sentiã (id enim ipsi intelligunt) timendã nõ esse: Alioquin fateri oporteret eam qui cuipiam ob adoratũ christum infligeretur, pariter metuendam. At inquient fortasse, a pastore vllo erũpere nõ posse eiusmodi facinus: nec si eruperit, sñię appellatione dignandum: respondebo vicissim. Quantum me dubitare licet de quopiam, pastor ne sit, an lupus tantum de sentẽtiis ipsius ambigere, cũ extra cõtrouersiam sit, nullũ qui vere & ꝓprie sit pastor, oues & armẽta disperdere, & feris in manibus dilacerãda cõmittere: sed cũ sub ouium vestimẽtis rapaces latitare lupos a Christo Deo nostro edocti simus, eosq; ex ipsorũmet opibus cognosci cõsiderãda esse multa crediderim, & qua pietate & prudẽtia decet prelatorũ iussa examinãda. Quandoquidẽ tã ignorãtia iuris q̃ malitia errare & labi sępenumero possũt, & ꝓpea iniqs eorũ sentẽtiis nequaq; acqescẽdũ. Siquidẽ refutare eas quãdoq;, ne dũ aut nõ

timere aut non recipere consentaneum. Angelus cla uasinus in sũma sua quindecim enumeratis modis quibus excõmunicationis sẽtentia labefactat̃, subdit, in omnibus illis sñiam nullo modo timendã esse quo ad Deum aut quo ad ecclesiam: si notorie de ipsorũ quopiam constiterit: & recte quidem. Si enim secũ-dum ciuiles leges non est metuendum filiis quacũq; exhereditatione, sed quæ legitime facta fuerit, submo ueri se a bonorũ possessione cõtra tabulas, vt scribi-tur. xxxvi. libro digestorum octaua lege. quanto mi nus nobis formidandũ erit, vt iniuste vexati aut ab æterna hereditate in ipsa iustitia stabilita dimouea-mur, aut de matris ecclesię gremio quę cultrix et auc-trix est iustitiæ, deturbemur. Porro excõmunicatio-nis sñia vires ex iusticia summit. qua destituta, lang-uet & emoritur. Rursus cum multæ earum sint, quæ omnium Doctorum consensu nullæ appellantur, eas itidem nõ esse ꝓprie ac vere colligere possumus: qđ vero nõ est, nec vim potestatẽq; vllam habere, nec cu iuspiam effectus causã esse posse, adeo patet, vt ꝓba-tionis luce nonegeat: quanq; suffragatur tam Alexã-der de Hales in vltima parte theologicæ sũmę, docẽs iniustã excõmunicationem nequaq; , nisi secundum inanẽ vocem, excõmunicationis appellatione censen dã: quã Thomas Aquinas. xviij. distinctione in quar tum sentẽciarũ librũ scribens, eam excõmunicationis sñiam quæ eiusmodi errorẽ claudit, quo nulla reddat̃,

necꝫ vllũ effectũ parere, necꝫ excõmunicationẽ esset. Quid? ꝙ Gelasius põtifex orientalibus episcopis scribit, excõmunicationẽ iniustã ex eo curari non debere quod nec apud Deũ nec apud ecclesiã quisquã potest iniqua sentẽtia grauari, vt in Decretis est videre, vbi etiam scribitur aliud esse terrenam sellam aliud tribunal cœleste, ab inferiori accepi sentẽtiã, a superiori coronam. Item si quisquã fideliũ fuerit anathematizatus iniuste, potius ei obesse qui facit, q̃ꝫ qui hanc patitur iniuriã. Et Solomon prius in hãc sentẽtiã locutus, sanxit, male dictũ frustra prolatũ, sup eũ venire, a quo missum fuerat. Rursus Augustinus super psal. quod in decretis etiam allatũ est, iusto cui maledicebatur iniuste, premiũ reddi censuit. Scribit prӕterea Io. Gerson christianissimus theologus in libello de excõmunicationibus irregularitatibus, excõmunicationes iniustas aliquando nõ repellere fatuo timori, asininęꝫ patientiӕ asscribendũ esse. Idem in quendam Pontificis vices gerentem, peculiari tractatu inuehitur, qui in suis scriptis clausulã hanc apposuerat, Sententiӕ nostrӕ etiã si essent iniustӕ, sunt tenendӕ & timendӕ. Glosa quoꝫ Decretorũ super tertia quӕstione vndecima causӕ capite. lxv. asserit posse eũ iudici violenter resistere, cui constiterit sententiã iudicis iniquam esse. Et Ioannes de Baccone in quartũ librũ sententiarũ distinctione. xvii. quӕstione & articulo tertio tradit eum qui excommunicatus fuerit ob iustam cau-

ſam,modo id ſit occultum, poſſe omnium eccleſiæ or dinum officio fungi.

CAPVT, VII. Quomodo debeat intelligi.

OSTENDIMVS ſententias excommunicationis iniuſtas quandoq; non timendas, nunc eas & aliquando formidandas fore, et quomodo elogium illud Gregorii intelligi debeat, pro virili declarabimus, quod facturis nobis, res ipſa altius repetenda eſt. Tripliciter ſententia excõmunicationis iniuſta cenſetur a Theologis & canonũ interpretibus,& cũ iuris prætermittitur ordo & cũ de prauo animo promitur, falſa ve & iniqua cauſa pronunciatur, prauus animus in cauſa eſſe non poteſt,vt timeri non debeat,ſi is in quẽ promulgatur, alioquin ſit anathemate feriendus.Iuſte enim tũ ſubditus patitur tametſi iudex agat iniuſte, poſthabito quoq; ordine ſi ſententia feratur,non vſq; quaq; paruipendenda,niſi ob aliquid eorũ quæ ſupra memorauimus viribus effœta redderetur.At pp falſam & iniquã cauſam iam minime timenda eſt, niſi forte ob ſcandalũ in quod inde rudes impingerent. Eſt enim magnopere ratio ꝓximi habenda,quod vnicuiq; Deus mandauit, vt ſcribitur in ſacris litteris, abſtinendũq; vigilii cura ne aliquod ei offendiculum noſtris operibus præbeamus. Propterea tam & ſi quiſpiam conſcius ſit contra ius faſq; anathemate ſe mulctatũ,nihilominus ſi aut falſitas hæc & iniquitas palã non eſt, & timere & obſer-

uare eã debet quo ad veritas eluceat. Fieri tamẽ poſ-
ſet, vt oporteret ſtatim quid eſſet in cauſa, manifeſta-
re, dũ inde præiudiciũ aliquod ueritati pullularet, tũ
inſtruendi quibus cũ verſaremur, & auferenda ſcan-
dali ſuſpicio quantũ ad nos attinet, & aduerſus illam
agere oporteret. Præterea gloſa Decretorũ timendã
aſtruit, niſi aut intollerabilẽ errorẽ cõtineat, aut poſt
legittimã appellationẽ feratur, aut pro exactionibus
indebitis effulminetur. Alii metuendam dicunt, mo-
do non ſit inualida, alioquin ſententiæ nomine non
dignandã, quibus autem modis id fiat, ſupra ex par
te narrauimus. Carere quoq; eius metu num debea-
mus, dum iuſte fuerit illata nec ne in ambiguo verſa
tur. Alioquin metu quoq; dicitur carere nos poſſe,
modo ex ſuperbia minime contemnatur. Cæterũ ex
iis quæ ſubduntur a Gregorio intentionis eius no-
ticiam capimus, Si quidem, vt recte ab Hilario quar-
to de trinitate libro definitũ eſt, & in decretalibus ti-
tulo de verborũ ſignificatione repetitũ, dictorũ in-
telligentia ex dicendi cauſis eſt aſſumenda. Subiecit
enim ſtatim, ne is cui infligitur eam ex alia cauſa me
reatur, dans intelligere eatenus iniuſtam ſententiam
timeri deberi ab aliquo, quatenus ei ambigendum ne
quopiam occulto crimine ipſa pena dignus ſit, vel
tacite innitens eam quæ ſuapte natura iniuſta eſſet
iuſtam ex contemptu reddi poſſe. Iniuſtam igitur
ſententiam per ſe metuendam nequaq; ſtatuit, ed ob

aliud,quasiq; dixeris ex accedenti. Et in hanc senten-tiam loquens Petrus de Palude. xviii. distinctione quarti libri sententiarum prodit,excõmunicationem iniustam pp culpam ratione scandali,vt supra monuimus,metuendam. Sed nullo pacto ob iuris pœnam, cum in nullam incidat pœnam, qui sententiam irritã minime custodit,si veritati ipsi niti voluerimus.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT Primũ.Quid superiori libro actum, quid deinceps agendum.

NVNC tempus postulat vt defensionẽ ipsam comin9 aggrediamur. Iactis enĩ supiori libro doctorũ sententiis instar fundamẽtorũ veritatis,sequens est edificiũ eius erigere. Ex re quippe fecisse nos ceedimus de iudiciorum infirmitate in primis pertractare, deq; speciebus excommunicationis inuste nonnulla recensere,& quã ob causam ipsa sententia ferenda esset. De subditorum item obedientia erga prẹlatos,atq; de timore ipsius excõmmunicationis iniustæ,nõ solum ob id q̄ hæc per se cognitu vtilia & digna sint,verum quia his perspectis & memoriam reuocatis,cõmodius exactiusq; prophetam nostrum ab iniuria irrogatẹ calumniæ contractæq; suspitionis asseremus.Namq;,vt Aristoteles sapienter libro primo Physicæ auscultationis monet,a cõmunibus exordiẽdũ.est,qui et tertio primæ philosophiẹ docet veritatis cognitionem eorum quæ in dubium

reuocātur solutio nem esse. Facilius etenim constabit potuisse in eum perperam infligi sententiam, cū prius & omne mortalium iudiciū quandoq̧ falli & excommunicationes multas esse palam sit, quæ irritę & inefficaces suapte natura reddātur. Demum expeditius monstrabimus eum ab omni credita culpa alienum, & quia iure mandato rescripsit, & quia falsa ex causa vexatus est, et quia id quod nec fieri poterat, nec debebat, tanquam & rectum & facile factu, hostibus veritatis ita pontifici maximo suggerentibus, in mandatis habuit. Monstrabimus hæc inquā, postquam luce clarius ostensum iam est, & a præceptis implendis abstinere atq̧ rescribere vnūquēq̧ posse, qui ea ī iusta & nocua credederit, penasq̧ non nisi pro causa idonea non autem commenticia & falsa infligendas, iustisq̧ tantum iussis, & quæ obire sit in facultate nostra acquiescendum, nec ab omni excommunicatione, quæ iniusta sit, formidandum. Exequi ergo quod pollicitisumus, exordiemur, si prius causam, ob quā multi prophetam nostrum excommunicatum autumarint, paucis subiecerimus.

CAPVT. II. ob quam causam plærīq̧ Hieronymū Sauonarolā excommunicatum autumarint.

EPISTOLA quædā ex eorū numero quæ breuia vocant, sub pontificis nomine Florentiā delata est: Cuius erat summa, Hieronymū ipsum

pernitiosam doctrinã in ea vrbe seminasse., monitũ, non cessasse. Cæterũ præceptum ei sub pena excõica tionis latæ sententiæ, vt conuentũ sancti Marci Florẽ tiæ situ cõgregationi cuidã, quæ vocabatur Romanæ & thusciæ prouinciæ copularet, non paruisse, ecclesia sticã censurã spreuisse, in ea pertinaciter pseuerare, ob id mandari, ecclesiarũ ministris sub eadẽ pena Hieronymũ excõmunicatũ declararẽt, subditosq; mone rẽt, ei nullo pacto cõmunicandum sed tanq; ab ecclesia præcisũ atq; suspectũ criminis hæreseos euitandũ.

CAPVT. III. Ex ipsa causa elici argumenta defensionis. Et primo q male cognita res fuit Pontifici vtpote subdole ab iniquis suggesta.

EX sententia huius epistolæ tantũ aberit, vt pro phetã spirituali laqo irreti tũ credamus, q etiã inde pro tutanda ipsius innocentia validas rationes sumemus. Primo nãq; male cognita causa est pontifici, ob quã proferri anathema veritatis hostes procurauerunt cũ tñ in eo infligendo requiri ordinẽ causæq; cognitionẽ & ratio couincit & decretales multæ glosæ atq; ipsa etiã decretorũ glosa astruat in primũ caput. iij. quæstiõis vndecimæ causæ. Quis. n. ambigat aliunde q; malo zelo, q̃q; ignoratione causæ prouenire, vt enuncietur. Hieronimũ Sauonarolã, qui nil docet præter Christi verba, falsam in animarũ perniciem doctrinã sæuisse, Hoc omnibus notũ, qui aut illius videre scripta, aut sermones ad populũ habi

tos audiuere. Hoc vel pueri norunt, quod & hostes veritatis q̃ꝗꝗ ore dissimulant, pectore tamen non dif fitentur. Suggesta Põtifici sunt a perfidis hominibus huiusmodi contra innocentissimũ virum nugamenta quæ credita fecere, vt in comminanda pena maturior causæ disquisitio non expectaretur: quæ autem falso nituntur, corruant est necesse: Huiusce quippe sinistræ persuasionis gratia prauis consiliis auscultatum est, ex re esse religionis, fratres eos, qui sub Hieronymo degebant, aliis quos reformandos dicebant, copulari, idque in ipsius arbitrio situm, qui dum de conficiendo negotio tentatus rei vti pernitiose abnuisset, incaluit ardor sæuiendi, effecitq; vt pæna pontificio mandato nectaret, quod cum & ratione duce & patrocinante iure declinasset, nihilominus effera luporum rabies, sub ouina pelle delitescens, potens adeo fuit, vt contemptor ecclesiasticæ maiestatis insimularetur, & extorta e palatio epistola, vti contumax, anathemate percussus, & hæreseos suspectus publicaretur. Vide q̃ꝗ paruo e fonte mendacii ingentia falsitatis flumina erupuerint, & sane (vt de me fatear) postquã certior factus promulgatę huiuscę excommunicationis, quanq̃ sciebam Hieronymum & doctrina cummulatissimum, & sanctis moribus clarum, atq; in primis obedientissimũ, minime tamen credebam e loco tam celebri prodire sententiam, quæ saltem veri similitudine non fulciretur. At legens diploma

tis exemplum, & primori fronte falsæ eum doctrinæ insimulatum offendens, quem certius certitudine cõpererã nunquã velatum quidem vnguem a Catholico dogmate recessisse, causã diligentius examinandã suscepi, præter id quod diximus, trifariam defendi eũ posse ab omni criminis suspitione deprehẽdimus.

CAPVT. IIII. Quod mandatũ fuit impossibile.

REVOCANDVM profecto in dubiũ non est supra vires proprias, supraq; auctoritatẽ agere posse neminem, & ob id penam, si mandato adiungitur, incassum proferri, nec effectum aliquem parituram, probauimus hoc superiore libro. præter naturæ dictamen etiam auctoritate iuris ciuilis & pontificii. Potuerit autem nec ne Hieronymus vrbis illius aduena vnico vicariatus officio fungens, vertere tot religiosiorum fratrum voluntates, vt in id concederent, cui ex professo aduersabantur, nullus puto sapiens iudicabit, Repugnarunt nanq; non minus ipsi Hieronymo, vnionem illam quæ tunc proponebat publicis litteris, vti pestiferã detestãtes addẽtes se malle extrema pati, q̃ fratribus tã deformatis copulari, quorum tantam vesaniã narrari audiui ab iis qui hanc mixtionem affectabant, vt motos se ad procurandum hoc negocii dicerent ne monasteria ab ipsis habitata, quæ iam speluncæ latronum euaserant, penitus destruerentur. Eos autem, qui secundum sanctorum Patrum decreta et probatas ab ecclesia catho

lica sanctiones viuere enituntur, inducere vt velint latronum speluncas habitare, & deformatis inquinatisq; hominibus se immiscere factu impossibile est. Quid ergo fuit causae vt cõmunis haec repugnantia ĩ solum Hieronymum reiiceretur? At forte inquient, nihil esse tam arduum, tam difficile quod non libenter fratres reliqui Hieronymi gratia subiissent. At qui hoc fundo nixi vana argumentatione deluduntur, cũ palam sit nec plus dictionis habere eum in ipsos q̃ iura sibi permittant officii, nec (q̃cq; haberet) astringi posse vt ea vteretur. Supra.n. probauimus nullũ reddi praecipienti praelato obnoxiũ, nisi ea ratione qua praesidet. At ipse Hieronimus Pontifici hoc in negotio non subditur, nisi quatenus ex praedicatorum ordine & congregationis eius quae sancti Marci nominatur, praeses ad tempus est. Eatenus autem procuratam hanc ferruminationem conficere potis non est, vt dudũ ostẽdimus. An ridiculũ nõ iudicaret, si aliis fratrũ vicariis, qui de obseruantia dicunt (ita enĩ appellari cõsuetũ) iussum foret, vt quos sub imperio haberent, eis qui conuentuales nominant, miscerẽt, maxime repugnantibus illis & rẽ talẽ nequaquã se laturus protestantibus. Sane quencq; extare non puto, mõ rationis capax sit, qui praeceptũ id vires & hoĩs & officii excedere nõ arbitretur. Caeterũ dato etiã num hoc atq; cõcesso, vt iussus factu facilis iudicetur, et q in eis cõgregatiõibus sunt, iuuãt sctĩssime, si frm tñ suoꝝ col

legio id non videatur, poterit ne quisquã (quod Dei solius est prærogatiua) eos cogere vt id velint & amplectantur. At si hoc supra illius facultatem erit, qui fieri poterit, vt eosdem compellere queat perpetua deformatorum fratrum inire consortia.

CAPVT. V. Quod exequendum non erat.

Vidimus præceptum impleri nõ potuisse, nũc an sua natura esset implendum, disquiramus. Cum peruersis nos peruerti, cum sanctis fieri sanctos Dauid monet. Et Christus docet, a fermento pharisæorum, quod est hypocrisis, enixe cauendũ. Præterea quicũq; reformandis religionibus congregationibusq; iam collapsis, & diuini amoris igne destitutis operam dederunt, tantum abfuit, vt cum prauis & deformatis monachis fratribusue diuturnis commertiis implicarent̃, vt etiã se ab eis sequestrarint, conarenturq; calorem pęne emortuum additis sibi pauculis qui idem vellent nollentq;, veluti fomitibus reparare, vt tandem fere extincta flãma reuocaretur, & solido fulgore splendesceret. Scimus hoc ducẽtorum annorum decursu & eo etiã minus a plerisq; factitatum. Nisi. n. a malis boni seiungerentur, pax religiosis maxime expetenda, incassum quæretur. Inter bonos siquidem & malos semper bellum, his argui metuentibus & odio habentibus lucem illis ecclesiam malignantiũ perosis, & cum impiis non sedentibus, quos facilius est probos corrumpere, q̃ contra ab il-

lis eos sanari & integros reddi, quandoquidē pomorum aceruus ab vnius marcidi contagio maculatur, vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua. Et sane cū re huiusce merita perpendūtur, tolerabilius malū quod ex hac mixtione qui iam reformati sunt, paterentur, videreret̄ esse infamia quā ex deformatorū cōmertio contraherēt, quæ quāti facienda sit, et oraculo sapientis ediscimus, qui docuit habendam curam de bono nomine, & ecclesiæ traditione, qui contemptores eius crudeles appellauit, quibus facile patet & noxium esse relligioni probos improbis copulari: quod ipse Hieronymus peculiari demonstrauit apologetico, & illud præceptum Pontificis tametsi potuisset, impleri nihilominus non debuisse. Nanq; iussui qui malū claudat obtemperare nō conuenit, neque regulæ, quā professus est quispiam, fas est moribus aduersari, quē admodum supra probauimus. Vnde errorem tolera tu indignum ī mandato deprehendimus, quando id & quid factu impossibile & quid minime honestum & salubre, sed & turpe & nocuum esse cōplecteretur.

CAPVT. VI. Quod iure rescripsit. Item liquere eum nunquam censuram incurrisse.

SED Veritatis hostes criminatoresque potiori etiam in loco constituo, do eis gratis nullaque extorquente ratione, pro comperto nō haberi, q̄d duobus superioribus capitibus manifestauimus. Experiamur an alia via possimus prophetam nostrū

de faucibus obloquentium eripere. Quanto enim par ticularius acta eius negotii examinauerimus, tanto colliquebit aptius ab re prorsus fuisse in eū quicquā esse astructū. Recepto nanq; diplomate quo pœnā sta tim incurrendā, nisi pareret mandato. Pontifex mina bat, hoc est, nisi congregationē quæ sancti Marci dici tur, cui præerat, illi quā thusciæ & romanæ prouin- ciæ vocabāt, conglutinaret. Rescripsit eiusmodi vnio nē subdola mente a quibusdā Pōtifici oblatā, cū in ea simul & se persequi, conarent quē ex suscepta asseren- dæ veritatis causa acerrimo odio insectabant, rē per- nitiosam serere, qua scandalū exoriret. Cōfectoq; li- bello, cuius ante meminimus, dedit etiā epistolas, qui bus significabat eā quæ procurabant ferruminatio- nē tā diuino honori cōtrariā, q; aīarū saluti pestilentē Demū ab eo peti q̄d præstare non poterat, Cōsensu eteni vniuersorū fratrū opus fore, Rogareut ipsi, cō- sentientibus.n. repugnare non posse, cōpellere inui- tos, & cōtra nitentes sui arbitrii nō esse. Quæ cum ita sint, quis reuocabit in dubiū, virū hūc ab oī culpa in- simulati criminis immunē. Siquidē supra cū de obe- diētia ageremus, mltis modis ostēdimus licere subdi- tis a prælati mandatis quæ excōmunicationē annexā gererēt, abstinere, atq; rescribere. Hoc clamant iura, hoc eorum interpraetes asseuerantissime volunt, mo- nentq; secūdā iussionē expectandam. Si aut de mente principis ambigatur aut in exequendo præcepto scā

dalū maliq̃ aliquid formidet. Et præter ea quæ ibi al
lata sunt in eandē sententiā loquitˀ Baldus in Iustinia-
ni principis codicē titulo de vsuris. Et Petrus de an-
charano cōsilio.ccxxxv. docet cū res aliter se habet q̄
scribentis mens præsupponat, supersedēdū esse, licet
mandato excōmunicatiōis latæ sententiæ pœna misce
atur. Ac pfidi hoīes mandari aliud Hieronymo non
procurarūt, sciētes ei q̄ iure a primo belli insultu se de
fenderat, secūdo etiā & tertio nō defutura propugna
cula, sed epistolā extorserūt, cuius ui possent. ostende
re rudibus ipsius negotii, iusta eum pœna mulctatū,
quā & caruisse iusticia & viribus & illi quicquid non
obfuisse iā arbitror cōprehēdi. Patrocinante quippe
rōe & suffragātibus legibus rescripsit, q̃ fit vt corroge
mus nulli eū aut culpæ aut pœnæ sub fuisse, mō cū ex
epistola nil aliud colligatˀ, q̄ cū ob inobedientiā cen-
sura damnatū, & parte alia iuste iureq̃ non obediuis-
se a nobis monstratū sit, oīs excōmunicationis scru-
pulus et suspitio cū oī metu prorsus eliminanda est.

CAPVT. VII. Neq̃ ei necessariā absolutionem neq̃ ab eius communione abstinendum esse.

AB his cōseq̄uēs est declarare nullā ei necessariā
absolutionē fore, nec ab illius cōiōe vllo pac-
to abstinēdū eē Et sane q̄q̄ ob reuertētiā apo
stoli & sedis sentētiā ipam petierit aboleri, id tn̄ q̄tū
ad se attīet, minīe oportuit, vt ex v̄bis Gelasii pōtificis
in li. decre. satis abūde edocemur. postq̄. n. scripsit ad

episcopos orientales eam sententiã quæ iniusta esset, ex eo curari non debere, ex quo nec apud Deum nec eius ecclesiam nemo poterat iniqua sentẽtia grauari, hæc subdit, Ita ergo ea se absolui nõ desideraret, qua se nullatenus percipit obligatum. Cui mirifice cõsentit ratio. nam solutione ibi opus non fore manifestum, vbi non est nodus & ligamentum. Eos aũt non alligari qui sunt insontes, diuus Hieronymus censet. Nec Augustinus dissentit, docens iniusta vincula ab iustitia disrumpi, qui alibi quoq; testatus est non obesse homini ꝙ ex illa tabula velit eum delere humana ignorantia, si de libro viuentium non deleat iniqua conscientia. Præterea Io. Gerson in libello de excommunicatiõibus & irregularitatibus affirmat nequaq; ligari eum qui a quopiam aut theologo aut iuris interprete responsum habuerit, sententiam in se iactatam tenendã timendãue non esse, præsertim dum habita fuerit ratio ne ignari simplicesq; offendantur. At nõ vnus modo iuris aut diuinorum eloquiorum consultus, sed multi in hanc sententiam cateruatim inierunt perperã & iniuria prophetam nostrum lacessitũ atq; vexatum, nec quicquã ei ob id metuendum, quibus admodum suffragatur decretorũ glosa, vt alia omittam, dum in. xi. causa. lxv. caput tertiæ quæstionis ꝑtractans satis innuit eum qui celebrauerit post excommunicationem iniuste latam, non debere sustinere aliquam pœnam, cum is ad vllam satisfactionem cogen-

dus nō sit,qui sententiam iniustam probat, quod ille epistolis tam latino ꝙ materno sermone conscriptis factitauit,& rationibus credens & superno lumine exquisite cernens se ab omni vinculo exemptum.Ceteræ vt scrupulus omnis mentibus ambigentium trepidantiumqꝫ extrudatur scire cōuenit, argui eos a diuinis eloquiis qui vbi timor non est, trepidauerunt Nequaqꝫ.n.metuendum ei cōmunicare quē nō solum emaculata sceleribus vita, & verisimilibus suspicionibus illibata,deo ac ecclesiæ minime contumacem,sed etiā cū ratiōibus multo tū auctoritatibus ab oī calūnia & falsa opinione vindicatum constat.Succurrant ad exemplū trecenti aut circiter eiusdem ordinis fratres integerrime vitæ & sanctæ conuersationis,& eorum aliquot doctrina clari, & iam diu probati, non nulliqꝫ a pueris ad decrepitam vsqꝫ senectam in collegio prædicatorum fratrum magna cum laude viuentes,qui omnes eum alloquuntur,honorant,verentur, obseruant, ipsi ea impendentes charitatis obsequia, quæ prælatis ab his qui gubernātur,debita sunt. Crediderimus ne forsitan eos aut mente captos aut salutis propriæ contemptores vnicaqꝫ collutione cum illo habita,dignos effici velle æterna morte,quam vt effugerent, alii maxima patrimonia relinquerunt, alii dignitates & ecclesiastica beneficia,alii viginti,alii triginta,alii quadraginta, atqꝫ etiam quinquaginta annos religiosæ vitæ mancipati expenderunt, Succur-

rant & alii quamplurimi cũ in vrbe Florentia tũ alibi degentes, quibus (quanquam in cœnobio non viuunt) sua salus plurimũ est cordi, ac Christum diligunt, in eum trasformari cupientes, ac iam solitos ad nomẽ anathematis exhorrere, quos nec prauorũ cõmentitiæ minę nec subdolæ blanditiæ deterruerunt ab eius commertio, quem vti hominem & doctrina & bonitate prudentiaque refertum obseruant, vti parentem diligunt, vti prophetam diuinum honorant. Hi profecto in propriæ conscientiæ luce viderunt, nullo enim spirituali laqueo irretitum, quod ipsum prætereaquam hinc & vita ipsius & conuersatio, inde persequentium mores & fama persuasit ex ipsa etiam causa ob quam excommunicatio est publicata, plane confirmatum est. Demum si anathema aut irregularitas contemptus ne clauium Ioanne Gerson auctore non incurritur, dum aut theologi cuiusdam aut iuris periti auctoritate monemur, eam quæ irrogata fuerit sententiam nõ tenendam, quanto magis non ligabitur qui obstantibus tot præiudiciis tantum cõmunicauerit, & maxime fauentibus pontificũ decretis & eorũ interpretibus. Ita enĩ in capite.lxv.iii. quæstione vndeciæ causę scriptũ vidimus. Nõ ergo ab eius cõmunione abstinendũ est, nec ei ab officio cessandũ, in quẽ cognoscitur inique ꝑlata sentẽtia. Et Innocẽtius ĩ secundũ cap. tituli de sentẽtia excõmunicatiõis libro.vi. docet ei cõmunicãdũ, quẽ mãifestũ ẽ iniusta sentẽtia vexatũ, pos

seq̃ aliquē q̃ ius cōe cōtra se haberet, iniusta sententia peti. Quid? q̃ nono cap, euangelii Ioānis legimus cæcū illū obortu naturæ donati visus miraculo perclarū quē Iudæi maledicentes ob Christi nomē eliminauerant, ab eo susceptū, & nihilominus satis cōstat legē Moysi nō adeo emortuā, quin & seruari posset & deberet, quā etiā ipse Iesus seruandā p̄cipiebat, inquiens, Sup cathedra Moysi sederūt scribæ & pharisæi, q̃ vobis dicunt, facite, quæ aūt faciunt, nolite facere. Dās intelligere, nullo pacto eorū vitā, quæ mala erat, trahi in exemplū deberi. Attamē doctrinā seruandam, si eos aperte non cōtingeret a vero deuiare, tū eis nullo pacto acquiescendū, nec ab iniustis excōmunicationibus metuendū, vt ī suscipiēdo quē illuminauerat, cæco faciendū mostrauit. Et alibi, cū palā discipl̃is edixit prædixitq̃ futurū, vt absq̃ synagogis fierent.

CAPVT. vltimū in quo nonnulla indefensi, pphetę laudē afferūt, qbus futuris psequutōibus resistēdū.

AB ea quæ attulimus, innocentiam viri, pphetæ tibi arbitror manifestam, atq̃ etiā his qui opusculum legerint, siqui tamen futuri sint, qui verum defecata sceleribus vita vestigauerint. Plerumq̃.n. quorūdam mens adeo malitia obtenebrat̄, vt qui suaptenatura vel in cōtrouersiarum crepusculo veritatem exquisite cernerent, quandoq̃ interdiu soleq̃ meridiano illucescente errorum nebulis caligent, quos erroris sui causam sibi non aliis adscribe

here decet, quandoquidem demptis, impedimentis lux ēt ad eos perualeret. Scriptū quippe in sacris litteris, Exortum est in tenebris lumen rectis. Et alibi. Quam bonus Israel deus iis qui recto sunt corde. Quare si diuino lumini non obstiterint, hæc puto satis superq; futura, sin autem & claudere oculos & obdere auribns cæras maluerint, quæcunq; aut dicta vnquã in veritatis huiusce probationẽ, aut in posterum dicenda incassum quantum ad eos spectat, proferentur scripta erunt ad fideles confirmandos, atq; ad prauorum versutias & detegendas et impugnandas. Sed cũ hæc simulachra sint belli pugnæque ludricæ atrocis comparationone prælii, quod ei pro christo ineundũ est (siquidem futurum sibi prædixit certamen ingẽs de quo omnino sit triumphaturus, sed aduersus dupli cem potentiam, sapientiam atque malitiam instructa prius acie, dimicandum) paratos in stationibus stare conuenit eos, qui vitã istam deserere q; veritatem malunt, atque armis confertos, bellicisque instrumentis stipatos classici sonũ expectare. Hæ profecto militum copiæ, quibus exercitus mendacii profligabitur, hæ bellicæ machinæ, quarum vi falsitatis & trepidorum menia corruent, pensari prophetam ipsum quantum humana fert infirmitas, Iesum dominũ imitari, eaq; insistere semita, quæ fuerit priorum prophetarum & martyrum calcata vestigiis, diuini honoris ardentissimum, salutis animarum sitibundum, intre-

pidum pręterea, atq; omnis pauoris expertem. Nihil profecto in eius vita quod a probata illa quam professus est viuendi norma, deliret, nihil in doctrīa, praeter veritatem fidei, puritatem Christiani ritus, rerum futurarum praenotionesq; adeo constanter tenet, praedicat & asseuerat, vt ipsa Roma Italiaq; pene vniuersa ab incaepto reuocare illum procurans nequicquā laborauerit, eūdemq; saepenumero aggressa modo cesim truncare, modo punctim confodere viribus cassae fuerint. Vnde cerni nisi exoculatis, datū est hūc dei ministrum rerum futurarum praeconem, christianae fidei & promulgatorē & propagatorem, eorūq; omnium qui ad supernā Hierusalem suspirant peritissimum ducem. Tria olim mecum ipse cogitans fidē christi doctrinamq; & gignere & augere sum contēplatus. Lumen superne demissum quo ea intueamur, ad quae cernenda in limitibus nostrae naturae iā infectae derelicti caecutiremus, efficacissimae rationes ex effectibus desūptę, miracula atq; prodigia in testimoniū allata, quae omnia rei ipsius Hieronymi adeo cōueniūt, adeo quadrant, vt ipsum simul & christi sectatorem & eius doctrinae fidum deprehendas interpretem. Lumen quippe caelitus missum in causa est cur illi assentiamur, quandoquidem statim a plerisq; subscribi ei vidimus nulla ratione percepta, nullo viso prodigio, merae narrationi acquiescentibus, qui tamen & prudentia cumulati & doctrina referti,

nonnullos contra protinus refragari nec rationum molibus cedere nec prodigiis flecti. Quales autem sunt & quantae rationes adstipulentur, cum aliunde tũ ex Dominici Beniuieni doctissimi, et integerrimi viri lucubrationibus huic muneri dedicatis colligere licet. Prodigia vero cum multa tum magna dignissimorum hominum relata, praedicationes illius & vitę rectitudinem roborare extollereque factus sum certior. A meipso quoq; perpetratum ab eo vidi, quid ui naturae fieri nullo pacto posse iudicaui, & pleriq; mecum, quibus explorata naturae potestas eandem sententiam tulerũt, vt tibi olim me narrasse memini. Haec & similia vero (vt dici solet) veriora q̃ p̃cep̃ nec diffusius tractata nec exactius probata, vtpote qui tibi & mihi eius viri amicis & domesticis scribo, habere ad manum oportet quibus & bellare possimus, & vincere. Eam .n. doctrinam quae christianae omni ex parte sit consona, immo simllima, immo eadem, licet aliquanto particularius pro temporum conditione explicata, vti lucidissimũ iubar effulgens huic nr̃ae tẽpestati qua rerum potiuntur vitia, virtutes in vniuersum exulant, refriguit charitas, deiecta est spes, fides elanguit. Eam inquam doctrinam, quae omnibus his damnis afferre opem occepit, deiq; maximi et optimi prouidentia atque clementia vniuerso iam orbi monstrata, vt eius deturpata facies depositis larualibus simulachris se ad ipsam affingens ad exemplar